

De ctanus

triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse pompeii triumpho inunctos ingredi porta. Germanici Cæsaris munere gladiatorio quosdam inconditos motus edidit saltantium modo. Vulgare erat per auras arma iacere non auferentibus uentis: atque iter se gladiatorios congressus edere: aut lasciuente pernicitate colludere. Postea & per funes incessere. Leticas etiam ferentes quaterni singulas: puerperas imitates: plenisque hominum trichiniis accubitu: iere per lectos ita libratis uestigiis, ne quod potantium attingeretur.

De docilitate eorum.

Cap. iiii.

Certum est unum tardioris ingenii in accipiendis quæ tradebantur sapius castigatum nerberibus eadem illa meditante noctu repertum. Mirum maxime & aduersis quidem funibus subire. Sed regredi magis utriusque pronis Mutianus ter consul auctor est aliquem ex iis & litterarum ductus græcarum didicisse: solitumque præscribere eius lingue uerbis. Ipse Ego hæc scripsi: & spolia celtica dicauit. Itemque se uidente puteolis cum aduecti de nauæ egredi cogentur: territos spacio pcul pontis a continente porrecti ut: sese longinquitatis æstimatione salerent: auersos retrorsus isse. Predam ipsi in se expetendam sciunt solam esse, in armis suis quæ Iuba cornua appellat. Herodotus tãto antiquior & consuetudo melius dentes. Quam ob rem deciduos casu aliquo uel senecta defodiunt hoc solum ebur est. Cæterum & in iis quoque quod corpus intexit uilitas ossæ. Quæ nuper, ossa etiam in laminas secari cœpere penuria. Etenim rara amplitudo iam dentium præterquam ex idia reperitur. Cæterum in nostro orbe cessere luxuriæ. Dentium candore intelligitur iuuenta. Circa hos belli cura summa. Alterius mucroni parant: ne sit præliis hebes alterius operario usu fodiunt radices. Impellunt molles. Circuuentique a uenantibus primos constituunt: quibus sunt minimi: ne tanti prælii putetur. Postea fessi impactos arbori frangunt: prædaque se redimunt.

De clementia eorum, & quæ pericula sua intelligant: & de tigridis truculentia.

Cap. iiii.

Mirum in plerisque animalium scire quare petant. Sed & per cuncta quid caueant. Elephas homine obuius forte in solitudine & simpliciter oberrante clemens placidusque etiam demonstrare uiam tradit. Idem uestigio hominis aduerso priusquam homine intremiscere insidiasque metu. Subsistere ab olfatu. Circum spectare. Iras proflare. Nec calcare: sed erutum proximo tradere. Illi sequenti mutio simili usque ad extremum tunc agmen circumagi: & reuerti: aciemque dirigere. A deo omnium odori durare uirus illud maiore ex parte ne nudorum quidem pedum. Sic & tigris etiam feris cæteris truculenta: atque ipsa elephanti quoque spernens uestigia. Homine uiso transferre dicitur protinus catulos. Quo nam modo agnito ubi ante conspecto illo: quem timet. Etenim tales siluas minime frequentari certum est. Sane mirantur ipsam uestigii raritatem. Sed unde sciunt timidos esse imo uero cur uel sapius conspectum paueant. tanto uiribus magnitudine uelocitate præstantiores. Nimirum hæc est natura rerum: hæc potentia eius sauiissimas ferarum maximasque quæ nunquam uidissent: quod debeant timere: statim intelligere cur sit timendum.

De intellectu & memoria eorum.

Cap. v.

Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natus. Cogit ætate proximam annæ transituri minimos permittunt. ne maiorum ingressu atterente alueum crescat gurgitis altitudo. Antipater auctor est duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres esse cognominibus fuisse. Etenim nouere ea. Certe Cato cum imperatorum nomina annalibus describeret: eum qui fortissime præliatus esset in punica acie Sutrum tradidit uocatum altero dente multilato. Antiocho uadum fluminis ex perienti reuult Ajax. alioquin dux agminis semper. Tum pronunciatum eius fore principatum qui transisset: ausumque patroclum. Ob id phaleris argenteis quo maxime gaudent: & reliquo omnium primatu donauit. Ille qui notabatur inedia morte ignominiam prætulit. Mirus namque pudor est. Victusque uocem fugit uictoris. Terram ac uerbenas porrigit. pudore nunquam nisi in abdito cocunt. Mas qui quædam nis: scemina decennis. Initur autem biennio: quis ut ferunt cuiusque anni diebus: nec amplius. Sexto profunduntur amne non ante reduces ad agmen. Nec Adulteria nouere. Nulla uel propter sceminas inter se prælia: cæteris animalibus puicalia. Nec quia desit illis amoris uis. Namque traditur unus amasse quamdam in ægypto corollas uendit. Ac ne quis uulgariter electam putet: miretur gratam Aristophani. celeberrimo in arte grammatice. alius Menadrum syracusanum incipientis iuuentutis in exercitu. ptolomæi desiderium eius quotiens non uideret inedia testatus. Et unguentariam quandam delectam iuba tradit. Oium amoris fuere argumenta gaudium a conspectu: blandicieque incodite: stipes quas populus dedisset seruata: & in sinum effusa: Nec mirum esse amorem quibus sit memoria. Idem namque tradit agnitum in senecta multos post annos qui rector in iuuenta fuisse. idem diuinationem quandam iusticie. Cum Bocchus rex. xxx. elephantis totidem in quos seruire instituerat stipitibus alligatos obiecisset: procurantibus iter eos qui lacefferent: non potuisse effici ut crudelitatis alienæ ministerio fungeretur.

Quando primum in italia. Cap. vii.

Elephantes italia primum uidit pyrrii regis bello. & boues lucas appellauit in lucanis uisus anno urbis quadragesimo septuagesimo secundo. Roma autem in triumpho septem annis ad superiorē numere additis. Eadem plurimos anno quingentesimo secundo uictoria. L. Metelli

i iiii.